



7296 originis incertae, sed vix urbanae; immo Siculam originem prodit quod bilinguis est, cum litterae sint optimae aetatis marmorarium commendantes. Panormi olim apud Iesuitas, nunc in museo publico.

CTHΛAI	TITVLI
ΕΝΘΑΔΕ	HEIC
ΤΥΠΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ	ORDINANTVR ET
ΧΑΡΑCCONTΑΙ	SCVLPVNTVR
5 ΝΑΟΙC ΙΕΡΟΙC	AIDIBVS SACREIS
CYN ΕΝΕΡΓΕΙΑΙC	CVM OPERVM
ΔΗΜΟCΙΑΙC	PVBLICORVM

Recognovi. Torremuzza Pal. (1762) n. 37 (inde Ignarra de palaestra Neap. p. 51) = Sic. II, 4. Inde C. I. Gr. n. 5544; Orelli 4222.

Marmorarius hic utriusque linguae infantiam prae se iert; nam ἐνέργεια de opere publico non magis recte dicitur quam recte se habet genetivus post cum praepositionem, quamquam aedes sacrae et opera publica sollemni significatione usurpantur.